Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ad Pavlinae Doctrinae Stvdivm Adhortatio - Cod. Karlsruhe 387

Melanchthon, Philipp
Paulus <Apostel, Heiliger>

[Basileae], [1520-21]

VD16 M 2416

Capvt 14

urn:nbn:de:bsz:31-46280

Visual Library

CAPUT 17

De Scandalo

Scandalum est offensio qua laeditur aut fides aut Charitas, fides ut si quis quippiam docet diversum a sacris literis offendit fidem proximi de tali Scandalo Christus dicit, Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis expedit ei ut demergatur in profundum maris &c Charitas laeditur si quis egentem non adiuvet non gratificetur in re aliqua vel necessaria vel commoda, interturbet pacem quod exemplo alios ad imitationem mali vel ad illud odium invitat, De quo scandalo dicit Christus Mathei 17 de Tributo persolvendo ut ne scandalizemus eos &c

fidei causa est praeferenda quam causae charitati

Primum in hijs quae sunt iure divino praecepta nullo respectu scandali & docendum & faciendum est iuxta ius divinum, praeferenda enim est fidei causa charitati Sicut vel una sententia in Actis 5 satis docet Oportet deo magis obedire quam hominibus & Christus de se dicit Veni mittere gladium non pacem veni separare homines Mathei 10 Hic vide si quid Papa seu quicumque alius magistratus praecipit contra ius divinum ne obtemperes sed pertinaciter repugnes ut quod Papa praecipit bella suscipi adversus Turcas & similia Huc pertinet illa Consuetudo manducandi Eucharistiam, quod cum iure divino constitutum sit ut utraque specie utamur nunc altera tantum utimur, nunc quidem subditi sic excusamur ut Iudei in Assyria excusabantur, qui cum captivi essent ceremonias legis suae non poterant servare Ideo excusabat eos necessitas, ita nos velut in vincula coniecti dum datur nobis altera tantum species excusamur, peccant autem pontifices qui alteram tantum impertiunt

Iudei legis erant astricti ad suas ceremonias Certo etiam loco et tempore Captivitate Regis Assyrij Ceremonias non faciebant sed necessitate excusabantur quia dispersi erant Sic nos

Secundo in hijs que sunt iuris humani & media (Vt cibi est & celibatus est, vesci carnibus aut ieiunare) non obligat ius in casu necessitate Math: 12: Christus ius

legis dispensauit etiam de diuina, cum discipuli vellerent spicas in Sabbato dispensari posse humanam legem propter periculum salutis satis docet paulus 2 Chorin: vltimo Data est nobis potestas in edificationem &c Item si agatur periculum corporis dispensat paulus ad Collossen: 2 vbi damnat stultas leges imponentes necessitatem corpori

Tertium coram phariseis exigentibus suarum traditionum obseruationem quasi necessarie sint ad salutem nullo respectu scandali debet contra eos agi Dico aut non de legibus ciuilibus sed pontificijs quas putant ad animas pertinere Huc pertinet illud in Euangelio Mathei 15 cum dicerent discipuli pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt Respondit Christus Omnis plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur sinite illos Ibi ceci sunt duces cecorum. Huc etiam pertinet quod paulus noluit circumcidere Titum poscentibus iudeis tanquam rem humani necessariam Gala: 2 Quia volunt palam fieri iustificationem prorsus non esse ex vllis operibus sed ex sola fide Ideo & petrus reprehenditur quod cessisset Iudeis & visus esset ceremonijs eo loco vbi gentibus opinionem faciebat ceremonias requiri ad iustificationem, Certe petri bona intentio erat si non offensurum Iudeos at paulus voluit nullo scandali respectu simpliciter hoc fieri quod euangelice libertati & iusti

[Left margin:] Vt Canones pertinere penitentiales satisfactionum

[Left margin:] Opera que fiunt [illegible] sola peccata sunt tum pro bonis [illegible] a deo

[Right margin:] que non dicunt ad salutem

[Right margin:] Quod intrat os non coinquinat

[Right margin:] ora fastigia opera humani virtus sola

[Right margin:] Qui solebat vesci cum gentibus modo gentilis sic aut discessisset & gentes ostendebat putantes quasi ceremonias esse necessarias ad iustificationem

Qui alii dicunt periisse petrum venisset alii mortales

rem fidei referebat, et ex his facile potest iudicari de co-
tentione pauli & petri quam scriptores adeo imperite
tractarunt

Nos non sumus obstricti illis legibus, nec sumus amici sponsi.

Quartum sic, qui est apud infirmos quos erudiri potest
agat contra traditiones, ut illorum conscientias erigat
& confirmet sicut petrum reprehendit paulus quod infir-
morum ex gentibus Conscientiam non confirmaverit suo
exemplo

ut dixit discipulis Baptistae Amici non possunt lugere praesente sponso etc. Math: 9:

Quintum apud infirmos qui erudiri fortasse non possent
faciendum est Charitate ostentum & simul inserviendum quoque eius
traditionibus sicut paulus cum venit Hierosolyma, cum fuit ad suos discipulos apostolos
in tanta multitudine pauci essent qui libertatem
Evangelicam prorsus intelligerent, inservit eis & una ut eos corroboraret
rasus est Acto: 21 Huc pertinet hoc scandali genus cuius est mentio in hac epistola & in 1 ad Chorinth: in fine
Erant enim quidam qui legis ceremonias observabant
rursus qui non observabant, porro qui putabant observandas, cum viderent non observantes, ceperunt in
Conscientiis haesitare, liceret ne quod ipsi facerent, an non? Item incipiebant male sentire de Christianismo quasi esset quaedam libertas carnis contra
legem dei Iam nonnunquam contrahebantur imitatione fortiorum imbecilles, negligebantque ceremonias & tamen
eorum Conscientia postea conturbatur. hic paulus
iubet inserviendum illis imperitioribus donec assuescant
& discant. Cum dicit infirmum fide assumite .i. porrigite infirmo manus, sublevate, adiuvate, erudite
fovete, Magna ratio illius infirmitatis quia lege dei

Inserviendum est ea utatur

Qui autem amicus sponsi non est tenetur legibus

Susceptor meus es Israel .i. qui porrexit manus & sublevavit me collapsum erexit

precepta erant ceremoniis, porro parum pium videtur de-
cessere ab eo quod lex dei iubet
Sextum excusat scandalum vt diximus necessitas vt Math:
12: & 1 regum 21 vbi pulcherrime dicitur quod quamquam Dauid fu- [gerens Saulem]
via polluta tamen sanctificetur a sancto vaso, id est
eum quod paulus ait Omnia munda mundis excusat
item docende fidei causa ad Gala: 2: Quid aut
si nulla sit causa, studeo primum quia fieri non potest Offirmare
quin ille traditiones obscurent libertatem & vim animos
euangelii, Vtile est contra eas delinquere vt Consci- vros semp-
entia confirmetur scientia libertatis euangelicis ad versus fu- [turos]
Collos: 2: Si mortui estis cum Christo quid adhuc nolas inni [garo]
tamquam viuentes mundo traditionibus vexamini? Math:
15: frustra colunt me docentes mandata & tradi
tiones hominum Quare etiam si nulla alia causa sit
hec satis magna est vt confirmentur conscientiis
Deinde etiam si ne hec quidem causa possit allegari
non peccant qui contra traditiones delinquunt
vt Mathei 9: Non possunt filii sponsi lugere quamdiu
Veniet dum sponsus cum illis est, vbi fieri potuit vt
aut dies cum nulla subesset certa causa, tamen non ie-
cum auferetur iunarent discipuli, huc pertinet & quod est apud
ab eis Sponsus tunc
Ieiunia paulum 2: Corinth: 3. Vbi spiritus domini ibi liber-
sed spiritu tas & ad Titum 1: Omnia munda mundis co-
aliud, sed inquinatis aut & infidelibus nihil est mundum. Item
certe hominis
scio an cum non habeat papa ius condende alicuius legis
debeat quia Apostoli missi sunt tantum ad predicandum Euan-
intelligi
Iohanis sensu Q d: Vos pharisei (: hoc erat bonis) ita estis immersi tra
ditionibus humanis, vt non intelligatis quod etiamsi estis liberi [ira Christi]
claudit vos & obscurat non apte videt

In deu-gelio, Et qui addiderit addet deus ad animam eius
tero: Ideo observatio Ceremoniarum papisticarum prorsus
carcer quidam est unde si velis effugere potes, Inde
illos traditionarios arguit Christus passim in E-
ut Luce 11: vangelio, Hic obiiciunt id quod est apud Matheum 23
Math 23: Hec oportuit facere & illa non omittere, quasi velit
[illegible] Christus precipere ne omittantur traditiones, Sed vide
Christum loqui de hiis ceremoniis que ad hunc erant
leges divine, sed quid ego tantisper moror iudicabit
hac de certis spiritus quam prescribi possit, Spiritualis
1 Corinth 2 enim omnia iudicat & ipse a nemine iudicatur, quamquam
qui has regulas sequetur habebit quod respondeat
pertinacibus Hypocritis, quibus quid potest rectius dici
quam quod est a Christo dictum Camelum glutientes
colantes culicem .i. deum colitis parva omittitis maiora,
Hactenus enim de phariseorum traditionibus diximus quas
putant ad animam pertinere cum sint mere Tyrannides
& observationes Evangelii & fidei De Civilibus legibus
sic sentias primum aut Civiles leges sunt late propter
necessitatem reipublice, ibi charitas postulat obtempe-
rare, quia quisque debet necessitatem proximi quantum
potest sublevare ut sit aequalitas 2 Corinth 8: Aut
sunt Tyrannide exactiones ibi postulat scandali causa
Semper sedi- obtemperare quia fieri potest ut per seditionem plus da-
tio aliena mni accipiat quam si pendatur exactio & sic precipit Christus
est a chari- qui te adegerit ad mille passus, vade cum illo & duo
tate millia Sic persolvit etiam Christus didrachmum

Quod ad vsum hominis
pertinere

Quod post conscientiam

Et pertinet huc Textus Paulinus Roma. 13 de potes-
tate, Hactenus de Scandalo

D
Impinget hic dicit inferre mali sz fide

Nullus enim nostrum sibiipsi viuit

A Argumentum est ab vniuersali, Si omnia nostra dei sunt quae
& cibus & potus sicut dicit 1 Chorinth 3: Omnia vestra
sunt, vos autem Christi, Christus autem dei, ita si nemo
sibiipsi viuit vel sibiipsi moritur non nocebit vel peccatum
Apostolus vel mors vel vlla res externa nobis, tantum abest vt
noceat cibus vel potus, vel sic vt sit Zoritesquis sibi non — Zorites
Conscientiae viuit sed deo is sanctificatus est Qui sanctificatus
est sanctificat cibum esum &c ad Titum 1 Omnia munda — Domini est
mundis etc. Huc pertinent similes sunt Domini est — terra
terra & plenitudo eius etc Math: 12: Dominus filius
est hominis etiam Sabbati 1 Regum 21 Quamquam — Quia nos sumus sancti & si
via polluta sit tamen sanctificabitur a sanctis vasis quod sumus
non sanctum tamen sanctificabitur

E
Quicquid ex fide non est peccatum est

Hoc est quicquid fit contra conscientiam peccatum est, quia sancte
vt si tua Conscientia non adeo firma est vt credas summe
Conscientie stabilimur ex fide — deo placere vt vescaris carnibus, & tamen vesceris, impi-
etatis reus es quia contempsisti deum, Estque generalis
sententia de omnibus operibus humanis, de omni vita
humana, Est enim fides credere quod deo placeas, Cre-
dere quod placeat quod facis, Jam in palam malis ope-
ribus clarum est, quod agitur contra Conscientiam — Vbi dubitatio ibi non
Deinde etiam in bonis moralibus operibus agunt contra — est fides
Conscientiam qui in speciem bonum quoddam opus
~~...~~ faciunt, Dubitant enim placere deo vel non.

Beatus qui non iudicat seipsum i. si vescatur bene facit Si Conscientia
non damnat factum, at qui dijudicat i. damnat quia non vescitur
ex fide

Ubi non est fides ibi contemptus dei et ignorantia

Quis enim non sic cogitat Ego feci quod potui Nescio utrum placeat deo vel non. Que diffidentia oritur ex eo quod malam opinionem de deo concepimus tamquam nihil faciat nos non curet Nos non amet, Defigit natura oculos tantum ad opus [omnium dei] & cogitat Ecce opus est hominis peccatoris & nihili cur magni fie

Natura vera spirit operatur

ret a deo? Deus est iudex severus quid ei cum tuo opere cum potius non in opus sed in gratiam dei misericordiam deberemus oculos defigere & cogitare Ecce deus accepit te Deus complexus est te per misericordiam suam, illius fiducia constanter fateamur quicquid inciderit in manus dei quod nos probat, probet & opus. Hinc animus credit quod deus curet & respiciat nos & habeat nostri rationem & agnoscit quantum nos amet deus Videt in vultu in Christo divitias & gloriam misericordie dei hinc potest intelligi quid sit quod dicit Apostolus Omne quod non ex fide est peccatum est Omnia quae sine fide o[mnia] peccatum agit cum contemptu dei

fides fons omnium bonorum

Caput XV Debemus autem

Ille sensus in animo hominis quod deus bene velit nobis

Superius dixit de peculiaribus infirmitatibus Nunc subiicit genera lem Regulam Augusti omnibus: nobis garrulandum cum morosis difficilibus: Querulis, Intractabilibus: duris, proponit exemplum ut hos morbos fratrum feramus Et subiicit rationem, quare ferendi sint fratrum morbi Exemplo Christi & ut hec hortatio Sic in ceteris Apostolus ut in 1 ad Corinthios: 12: Membra honestiora occultant fediora Sic quod infirmi sunt, conte gant infirmitates fratrum Boni ferant morbos, lenis spiritu ferat eum quod non est lenis spiritu patiens fe rat impatientem &c Et in Galatas Alter alterius